

4310.

1348 April 14.

Grenna kyrka.

Konung Magnus befordrar på grund af Clemens 6:s tillåtelse följande personer till näst lediga prebenden eller kanonikat, »dignitates» eller »personatus» vid domkyrkorna i hans rike, nämligen herr Ringvid i Sorunda till »dignitas» i Upsala stift, herr Johan litle, kanik i Lund, till kanonikat och prebende derstädes, herr Nils Markusson, kyrkoherde i Malmö, till »dignitas» i Linköpings stift samt kyrkoherdarne Lambert i Ludgo, Dager i Dala, Johan i Trosa, Borkard i Ryttern, Nils Assersson, Gunno i Rydaholm till kanonikat och prebenden i Linköpings, Skara, Strengnäs, Vesterås, Åbo och Vexjö stift (jämf. Sv. D. n. 4226, 4256).

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

In nomine Domini amen. Cum sanctissimus in Christo pater et dominus dominus Clemens, diuina prouidencia papa sextus, nobis Magno, Dei gracia Suechie, Norwegie et Skanie regi gramicum de benignitate sua fecerit specialem, vt in singulis ecclesiis cathedralibus in regnis et terris nostris consistentibus vnam personam ydoneam semel nominare valeamus pro canonicatu et prebenda in qualibet ecclesiarum predictarum, cum vacauerint, canonicè obtinendis, certum super gracia premissa executorem nobis concedendo, necnon in sex ecclesiis cathedralibus, quas duxerimus eligendas, singulas personas eciam ad dignitates, personatus et officia cum cura vel sine cura, prout littere ipsius domini pape, bulla plumbea bullate, super hoc, vt est moris, satis docent, nos dilectos nobis dominos Ringvidum de Sorundum ad dignitatem in ecclesia Vpsalensi, Johannem dictum liitlæ, canonicum Lundensem, pro canonicatu et prebenda ibidem, Nicholaum Marci, curatum in Malmøghium ad dignitatem in ecclesia Lyncopensi, Lambertum, curatum in Ludhgudhwi, pro canonicatu et prebenda ecclesie Lincopensis, Dagherum in Dalum pro canonicatu et prebenda ecclesie Scarensis, Johannem de Throso pro canonicatu et prebenda ecclesie Strenginensis, Borkardum de Rytro pro canonicatu et prebenda ecclesie Arosiensis, Nicholaum Asceri pro canonicatu et prebenda ecclesie Aboensis, Gunnonem de Rythaholm pro canonicatu et prebenda ecclesie Wexionensis, vacantibus vel proximo vacaturis, virtute graciaram huiusmodi nobis factarum, canonicè obtinendis, tenore presencium nominamus, hoc saluo si premissis vel premissi dignitates, personatus, officia, canonicatus et prebende eisdem dominis et nullis aliis debeantur seu deberi possint de iure, et in casu, quo reperiatur, quod dignitates, personatus, officia, canonicatus vel prebende premissi vacantes vel proximo vacaturi, quos per se vel procuratores suos infra vnus mensis spacium, postquam vacacio huiusmodi ad ipsos seu ad ipsorum procuratores peruenerit, duxerint acceptandos, eisdem dominis non debeantur nec deberi possint de iure, extunc dignitates, personatus, officia, canonicatus et prebendas proximo postmodum in ipsis ecclesiis vacaturos, que ipsis virtute gracie premissis competere et possint de iure deberi, acceptandi et sibi de premissis prouideri faciendi sine sui et juris nostri preiudicio, jus integrum et liberum in omnibus remaneat atque saluum. Quod vniuersis et singulis presentes litteras visuris vel audituris volumus esse notum apponentes sigillum nostrum eisdem in testimonium premissorum. Datum

apud ecclesiam Grænnæ Lyncopensis diocesis anno Domini m^occc^oxl octauo feria secunda post dominicam palmarum.

På baksidan: generalis ad dignitates et canonicatus pro singulis neminatis singule.

Sigillet borta.

Tryckt i Brings Handl. och påminnelser I. s. 190.

4311.

1348 April 17.

Linköping.

Birger Magnusson och hans söner Magnus och Ragvald sälja till riddaren herr Sten Turesson, konungens marsk, $3\frac{2}{3}$ åtting i Roxlösa med en åker för 400 mark svenska penningar, i hvars ställe, om köpet ginge om intet, de lemna sina gårdar i Skenninge.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Byrgerus Magnusson, Magnus Byrgersson et Rangwaldus Byrgersson, filii eius, in Domino salutem sempiternam. Nouerint vniuersi, tam presentes quam futuri, nos nobili militi domino Stenoni Thurisson, marscalco illustris regis Suecie, omnia et singula bona nostra in villa Rosløse et in parrochia eadem sita, videlicet tres attungos cum sexta parte vnus attungi, quas(!) ego Byrgerus Magnusson emeram, et dimidium attungum, quem ego Magnus Byrgersson postea emeram, cum vno agro, qui emptus fuerat pro tribus marchis Sueuorum denariorum cum attinenciis suis vniuersis videlicet cum familia dicta bopænninghæ, mobilibus et immobilibus, domibus, agris, pratis pascuis, siluis, piscariis, infra sepes et extra, prope aut remote positus, humidis et siccis, a quo vel quibus acquisita et empta per nos fuerint, nullis penitus exceptis, quocumque nomine censeantur, rite et legaliter secundum leges Osgotorum pro quadringentis marchis Sueuorum denariorum appropriasse, dimisisse et penitus vendidisse, alienantes nobis et heredibus nostris eadem bona, transferentes in ipsum dominum Stenonem et suos heredes omne proprietatis jus et possessionis dominium dicta bona possedendi (!), vendendi, dandi, permutandi et pro suis vsibus libere ordinandi. Obligamus insuper nos et heredes nostros prefata bona, vt premittitur, sepedicto domino Stenoni suisque heredibus dicta bona ratificare, appropriare ipsumque et heredes suos manu coadunata et bona fide indempnes vtique obseruare. Si autem dicta bona, vt premittitur, inpedita vel abiudicata per aliquem in parte vel in toto fuerint, extunc omnia bona nostra infra ciuitatem Skæninghensem, que domino Kanuto Folkæsson et Stenoni Thurisson pro ducentis quinquaginta marchis denariorum Sveuorum antea inpignorauimus, cum aliis curiis nostris in ciuitate Skæninghensi eidem domino Stenoni suisque veris heredibus committimus et appropriamus tempore perpetuo possidenda sine reclamacione nostrorum heredum vel aliorum cuiuscumque. In cuius rei testimonium sigilla nostra vna cum sigillo generi nostri dilecti Laurencii Hoolk, qui nobiscum pro hiis omnibus manu coadunata et fide media compromiserat inuiolabiliter obseruandis [presentibus duximus apponenda]. Actum et datum Lyncopie anno Domini millesimo ccc^o quadragesimo octauo in cena Domini.

Bå baksidan (med två olika stilar): littera Birgeri Magnusson; domini Stenonis Thurisson super bonis in parrochia et villa Rosløsa.

Sigillen borta.